



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXII. Albrecht und Otto der Jüngere überweisen das Eigenthum von 5
Höfen bei Ladekath dem Altar Jacobi in der Katharinenkirche zu Salzwedel,
am 4. august 1280.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

XXII. Albrecht und Otto der Jüngere überweisen das Eigenthum von 5 Höfen bei Labekath dem Altar Jacobi in der Katharinenkirche zu Saltwedel, am 4. August 1280.

Nos Albertus et Otto iunior, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, Recognoscimus et tenore presentium protestamur, Quod ad altare Beate Jacobi in Ecclesia Beate katherine Nove Ciuitatis Saltwedele Damus proprietatem quinque manlorum In villa latekote cum omni iure et attinenciis, Quibus Marquardus, eiusdem nostre ciuitatis ciuis, eosdem Quinque manfos dinoscitur haectenus habuisse, ita videlicet, Quod predictum altare perpetua huius proprietatis donacione sic dotamus eo modo, quod sit Beneficium speciale, Et quod Consules eiusdem Ciuitatis, Qui videlicet consules fuerint eo tempore, Quo vacare contigerit hoc altare, ipsum cuiumque voluerint conferendi habeant potestatem. In cuius euidens testimonium et memoriam sempiternam Damus presentes litteras Testium subscripcione et sigilli nostri appensione confirmatas. Testes autem sunt Dominus Geuehardus senior de Aluensleuen, Dominus Arnoldus de Iagow, dominus Helmoldus de Dreinleue, noster Aduocatus, Dominus Johannes de Stendal, dominus Wernerus de Schulenborch, junior Bodo de Walfoue et Quam plures alii nostri milites et Vafalli. Datum Saltwedel, Anno Domini M^o. CC^o. LXXX^o., secunda Nonas Augusti.

Nach dem Originale des Saltw. Archives XXXII, 1.

Danneil's Kirchengeschichte der Stadt Saltwedel S. 4.

XXIII. Der Rath der Neustadt Saltwedel befundet unter dem Siegel des Markgrafen Albrecht die Bedingungen, unter welchen dem Priester Dibert der Jacobi-Altar in der Katharinenkirche übertragen ist, am 13. Oktober 1281.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, universitas consulum nove ciuitatis Saltwedele salutem in eo, qui est omnium vera salus. Circumstantias conditionis humane et varietates rerum nunquam in eodem statu permanentium diligentius intuentes, nichil in humanis actibus ita firmum et stabile in presenti consideramus seculo, quod diurnitate temporis, que mater est oblivionis, non possit ignorantie nebulis sepeliri, et humana memoria, que valde labilis existit, extirpari, nisi litteris et sigillorum appensionibus roborentur. Nos igitur consules universi nove ciuitatis Saltwedele recognoscimus presenti ferie protestantes tam posteris quam presentibus, quod nos domino Otherto, sacerdoti, ex certa scientia domini Bartoldi, prepositi Saltwedlenfis, et ex consensu domini Ludolphi, parochiani nostri, Altare beati Jacobi, situm in ecclesia beate Catharine, dotatum elemofynis Iohannis de Stocken contulimus in hunc modum. Hyemali tempore missam celebrabit in ortu diei, tempore vero estivo missam cantabit immediate post compulsionem matutinarum, ita tamen, quod non cedat in prejudicium parochiani. Quandocunque etiam altare hoc vacare contingit, non alicui, cuiuscunque etiam ordinis fuerit, sed tantum sacerdoti ydoneo porrigemus, quod si intra triduum non porrexerimus, ipso iure porrectionis eo tempore privati sumus, et dominus prepositus Saltwedelenfis ydoneo sacerdoti porrigat, cui velit. Has autem missas cantabit: Dominica die missam de sancta trinitate sive de ipso die, secunda feria missam pro